XXXXI

populus meus recessimus non venimus
vltra ad te. heu me. qr a dño deo nostro
recessimus ad deũ ꝯuerti per pniam nõ cu-
ramus. et tamen dñs benignissimus dicit
populus meus quomõ suus si ab eo reces-
serat. quomõ suus si redire nolebat. sꝫ su-
us erat propter faciendã cum eo miseri-
cordiã. sed non suus ꝓpter culpam cõmis-
sam. vel suus ꝓpter electõnem eternã nõ
suus ꝓpter tpalẽ maliciam. vel suus pro-
pter eos qui erãt ibi boni. et non suus pro-
pter eos qui erãt ibi mali ¶ E Ter-
cio ad ꝯuersionem nos mouere debet pe-
na quã peccando meruimꝰ. statim em̃ vt
peccauimꝰ et gratiã diuinã abiecimꝰ eter-
ne pene tanq̃ꝫ mortis filij sumus obligati
immo statim vt hõ peccauit. si deus non
misericorditer expectaret. sed ꝫm iustici-
am cõtra nos ꝓcederet. statim nos i infer-
num deijceret. et est mirabile qr vñ debe-
remus deo esse subiectõres. et ipiꝰ maxi-
mi amatores inde sumꝰ peiores. quis iudi-
cem non amaret si ingratus non esset. qui
cum morẽ eũ ex iusticia occidere posset. eũ
cũ mĩa expectaret. sed verũ est qd Eccs.
viij. scriptũ est. qr inquit non ꝓfertur sta-
tim cõtra malos sentẽtia. filij dominũ abs-
qꝫ vllo timore perpetrant mala. Sed sci-
ant peccatores certissime. ꝙ quãto ex mi-
sericordia diutius expectant. tanto si non
cõuertantur durius ex iusticia puniẽtur. ꝛ
qd prius est mĩa postea transibit in vindi-
ctam. Naturale em̃ est vt iudices qui mi-
tes sunt. et cum malefactoribꝰ mitiꝰ agũt
ꝙ dum illi mĩam non agnoscunt. iudices
in iram fortiꝰ inardescunt et tanto fiũt cru-
deliores. quanto prius fuerant mitiores.
Exemplũ. ij. Macha. vj. De illis q̂ roga-
bant eleazarũ ꝓpter antiq̃ꝫ quã habue-
runt cum viro amiciciam vt se comedere
carnes porcinas tm̃ simularet. vt sic mor-
tem euaderet. Cumqꝫ se hoc facturũ ne-
garet dr ibi. ꝙ illi qui prius fuerãt ei mitõ-
res. in iram maiorẽ ꝯtra eum cõuertunt.
et ꝓpter hanc cãm dr in Psal. Nisi cõ-
uersi fueritis gladium suum vibrabit ad
vulnerandũ. arcum suum tetendit et pa-
rauit illũ ad sagittanduꝫ. et in eo parauit
vasa mortis ad eternaliter puniendum.
O si scirent quantis penis sunt puniendi
q̃ꝫ intensis doloribus affligendi. q̃ꝫ diutur-
nis et cõtinuis ignibus exurendi vellent
non esse nati. O summa stulticia hominis
qr timet agnus lupum et eum fugit. timet
mus murilegũ. et se ab eo abscondit timet
ceruus vrsum. et animal omne leonem et
eius rugitum expauescit. timet aquilã om-
nis auis dũ ipam in aere sentit. vnde ipa
die qua falco eam sentit ad predandũ nõ
exit. et homo creatura ratõnalis cuius est
aĩa immortalis. et pena que ei dabitur est
ex parte peccati eternalis non tanta peri-
cula expauescit. Si timet latro suspendiũ
cuiꝰ pena est ad momentũ. quanto ampli-
us esset timendũ si semꝑ duraret suspendi-
um et pena illa q̃ꝫ ex laqueo sentit ad mo-
mentum esset durabilis in eternum. ergo
quomõ sic stulti sumꝰ vt non timeamꝰ ig-
nem inflamantẽ. ignem deuorantẽ. igneꝫ
indeficientem. et serpentes ignitos. car-
nes nostras perpetuo et cõtinue cõmestu-
ros nnuq̃ꝫ ad sacietatẽ venturos. et om̃ia
hec et alia mala innumera non sustinebũt
miseri ad momentum. nec per mille milia
annoꝝ. sed per plura milia millenaria q̃ꝫ
sint in mari gutte aquarũ. et magis in infi-
nitũ. qr vsqꝫ in sempiternũ. Tunc em̃ desi-
net pena miseroꝝ. quando gloria desinet
beatoꝝ. imo quãdo deꝰ desinet esse domi-
nus omniũ. et ꝓpterea sane cõsulitur ho-
mini Eccles. v. Ne inquit tardes cõuerti
ad dñm. et ne differas de die in diem. Ne
subito veniat ira illius. et in tempe vltio-
nis disperdat te. ¶ F Quarto ad
cõuersionẽ mouere nos debet gloria quã
peccando amisimus. homo em̃ qñ equum
aut pecuniã perdit statim surgit et vadit
querendo donec reinuenerit qd amisit ex-
emplũ hoc ponit dominꝰ de illo qui ouem
ꝑdidit. et de muliere que dragmã amisit.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0459
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG